Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



cum scripsisse dm̄ omnipotentem inuisibilem ingenitum innatū
quod ubi commemoraui non post multam allegationem addidisti
patrem & incapabilem quidem quod uerbis dixeras scripto praeter
miseras sed nulla hinc a me. facta commemoratio est. deinde.
Cum dixissem me paratū esse subscribere adhuc illa uerba & iam
mea esse possesse priusque siuine quod inte uenerat laber&ur.
Utrum alicubi scripturarū deuinarū leger&ur pater ingenitus
hoc autem feci quia in exordio sermonis nostri cum arrius & eunomius
commemorati essent non a me sed ad fratrem eo alipio requirente
quem nam eorū secutus ess& auxentius qui abstefuerat non praeua
praedicatione laudatus exclamando anathemasti & arrium & eu
nomium tum continuo flagitasti ut & nos anathemaremus omo
usion quasi quisquā homo ess& qui hoc uocar&ur sicut arrius
& eunomius deinde uehementer exigebas ut hoc uerbum tibi
in scripturis ostenderemus & statim nobis communicares.
Respondebatur a nobis quia nos latine loqueremur & illud grecū
ess& priusquerendum e&. quid sit homo usio & tunc exigendum
ut in libris scīs ostender&ur tu contra uerbum ipsum crebro repe
tens & inuidio sae uentilans atque in conciliis maiorum nostrorū
conscriptum commemorans uehementer urguebas ut ipsum
omnino uerbum quod est omo usion in scīs libris ostenderemus
nobis & iam atque & iam reuocantibus quia lingua nr̄a greca non e&.
prius interpre&andum & exponendum esse quid sit omo usion.
tum demum in diuinis litteris requirendum quia & si fostasse
nomen ipsum non inuenir&ur. Res ipsa tamen inuenir&ur.
quid est enim contentiosius quam ubi dere constat. Cessare
de nomine haec ergo quia inter nos iam conlocuti fueramus
postea quam ad id uentum est ut fidem tuam sicut commemo
raui scriberes quāquam nihil in eis uerbis uiderem nr̄ae fidei
esse contrarium & ꝓpter ea me dicere paratum esse subscribere.